

# CODEX DIPLOMATICUS NASSOICUS.

HERAUSGEBEEN VON

DR. K. MENZEL

PROFESSOR AN DER KÖNIGL. UNIVERSITÄT ZU BONN

UND

DR. W. SAUER

KÖNIGL. STAATSARCHIVAR ZU WIESBADEN.

---

IM AUFTRAGE UND MIT UNTERSTÜTZUNG DES COMMUNALSTÄNDISCHEN  
VERBANDES DES REGIERUNGSBEZIRKS WIESBADEN.

---

WIESBADEN.

JULIUS NIEDNER, VERLAGSHANDLUNG.

1885.

# NASSAUISCHES URKUNDENBUCH.

---

ERSTER BAND, ERSTE ABTHEILUNG.

DIE URKUNDEN DES EHEMALS KURMAINZISCHEN GEBIETS,  
EINSCHLIESSLICH DER HERRSCHAFTEN EPPENSTEIN, KÖNIGSTEIN  
UND FALKENSTEIN; DER NIEDERGRAFSCHAFT KATZENELNBOGEN  
UND DES KURPFÄLZISCHEN AMTS CAUB.

BEARBEITET VON

**DR. W. SAUER**

KÖNIGL. STAATSARCHIVAR ZU WIESBADEN.

MIT ZWEI SIGGELTAFELN.



*Katalog No. 1, a.*

WIESBADEN.

JULIUS NIEDNER, VERLAGSHANDLUNG.

1885.



recitatam banno nostro confirmavimus, etiam sigilli nostri impressione insigniri precepimus.

• Nicht besiegelte Ausfertigung, wohl gleichzeitige Abschrift, in München. Gleichzeitiges Indorsat: *Translatio Wezelonis episcopi de bonis fratrum que sunt apud villam que dicitur Lorecha.*

Abschrift im *Lib. reg. eccl. Mag. No. 1* (Mainzer Bücher versch. Inhalts No. 17) im Kreisarchiv zu Würzburg; hiernach gedr. *Guden. I, 383.*

134. — Trier 1085 Juni 16.

Erzbischof Egilbert von Trier restituirt dem Stifte S. Simeon daselbst die demselben vom Erzbischofe Eberhard geschenkte Kirche zu Mosbach in territorio Moguntino — in pago Rinegowe mit der Bestimmung, dass Berwic, welchem er dieselbe wegen seiner Verdienste zu Lehen gegeben, auf Lebenszeit im Besitze bleiben soll.

Actum Treveris in domo sancti Simeonis publice anno dominicæ incarnationis M.LXXXV., indictione VII., XVI. kal. Julii.

Anno pontificatus Domni Egilberti archiepiscopi primo.

Chirographirtes Or. mit aufgedr. S. des Erzbischofs im St.-A. In dem unteren Theile der Urk. ist die untere Hälfte der in Unzialschrift geschriebenen Worte *Anno pontificatus etc.* abgeschnitten.

Abschrift im Diplomatar des Stifts.

Gedr. *Hontheim, Hist. Trev. I, 436; Mittelrh. U.-B. I, 440; Rossel, Eberb. U.-B. I, S. 3.* Vergl. *Goerz, Regg. der Erzb. von Trier S. 12; Mittelrh. Regg. I, 1499, V.*

Die weiteren, die Güter des Klosters Eberbach zu Mosbach und Schierstein betr. Urkunden werden in diesem Bande nicht gegeben, da dieselben in einem anderen zum Abdrucke gelangen sollen.

In *Rossel's* Abdrucke ist zu verbessern: S. 3, Z. 1: C. ist zu streichen! — *sanctę* — *individuę*; Z. 2: *Eilbertus*; Z. 3: *aecclesiae* — *aecclesiam*; Z. 4: *Maguntino*; Z. 8: *aecclesiam*; Z. 12: der Punkt hinter *adiit* zu streichen; Z. 13: *aecclesiae*; Z. 14: *aecclesiam*; Z. 19: *cepit*; S. 4, Z. 3: *aecclesiam*; Z. 6: *rite*; Z. 21: *publicę*; Z. 22: *Hungerus*.

135. — Erzbischof Ruthard von Mainz überträgt dem Kloster S. Alban die Kirche zu Höchst und schenkt drei Mansen zu Zeilsheim und Gärten zu Höchst. — 1090.

In nomine sanctę et individue trinitatis. Notum esse cupientes omnibus in Christo fidelibus, quomodo basilica sancti Justini, que est in Hosteden, in ius et potestatem sancti Albani transierit, paucis id notari fecimus, ne malicia aut cuiusquam ignorancia non commodato legalium scripturarum vinculo postmodum dissolvat, quod rationis ac legis industria factum et sancitum esse constat. Ego igitur Ruthardus, sanctę Moguntine sedis dei gracia archiepiscopus, videns eandem basilicam dei servicio aptam, sed vetustate et negligencia sartis ac perstillantibus tectis iam pene collapsam esse atque venerabile corpus sancti Justini confessoris Christi, quod in ea requiescit, condignum sue veneracioni obsequium non habere, petente Adalmano abbate sancti Albani cum consilio et consensu abbatum nostrorum, prepositorum, militum, qui tunc ex eventu plurimi adfuerunt, tradidi deo et sancto Albano eandem ecclesiam cum appendentibus sibi prediis et decimationibus et cum omni iure, aquis, pascuis, exitibus et redditibus per manum advocati Wolframmi de Strumbure eo videlicet pacto, ut supradictus abbas destructa eius edificia per se reparare atque conversacionem monachorum secundum



copiam bonorum innibi institueret. Sed cum pre angustia loci officine huius generis religioni non possent ibi convenienter fieri, curtim meam et edificia mea, que eidem monasteriolo appendebant, in eadem donacione addidi. Insuper tres mansos in Cilolvesheim de mea salica terra pro salute anime mee super altare sancti Justini in usus fratrum devotus obtuli atque aliquos hortos iuxta Hosteden in campo contra fluvium, qui Nita vocatur, ad nutrienda olera eisdem fratribus indulsi. Concessimus eciam familie ad predictum locum pertinenti in perpetuum, postquam instituta est monachorum religio, ut nullum advocatum habeat nisi me et successores meos, ut ad nullius advocati placitum conveniat, nulla advocacionis iura persolvat. Cum obierit vir sive mulier, optimum pecus vel vestimentum, quod reliquerit, ad altare sancti Justini in usum abbatis et fratrum ibi deo serviencium deferatur. Et ut nullus chorepiscopus aliquam potestatem habeat vel exerceat, nisi ab abbate fuerit vocatus, tunc quinque solidi in eius sumptus dentur; archipresbiter vero semel in anno sinodum ibi propter corrigendas animas celebrans solidum unum ad expensas prandii sui accipiat. Sed et hoc notum esse cupimus, quod predictus abbas prepositum Widelonem mercede conduxerat, cuius ecclesia tunc temporis erat, scilicet decem talentis singulis annis, quousque viveret, ideo statuimus hoc, ut si forte aliquando substancie inopia vel alicuius successoris mei nequicia evenerit, quod absit, ut servicium dei ibi defecerit, ecclesia et omne, quod fratrum labore aut pecunia est acquisitum aut donacione alicuius ad altare traditum, totum in usu abbatis et fratrum sancti Albani permaneat. Porro ut ista tradicio rata fore debeat et contra eam nullus venire iuste audeat, auctoritatis mee sigillum huic cartule impono et omnem inimicam personam banni mei interminacione ferio et ab insectacione huius donacionis procul repello.

Facta est autem hec legitima tradicio sine omni contradictione anno dominice incarnationis MXC, indictione XIII, Romanum imperium Heinrico III imperatore regente, regnante super omnia domino nostro Jesu Christo, in cuius manu nos sumus et a quo habemus, si quid boni facimus vel facere volumus. Hi sunt testes: Godeboldus prepositus in maiore monasterio, Anshelmus prepositus sancti Stephani, Widelo prepositus sancte Marie in campo, Bertholfus comes de Strumbure et filius eius Bertholfus, Werinherus comes de Neckerowa, Henricus et frater eius Meginfridus de Velisbere, Ezzo de Steinheim, Wulverich et frater eius Stevan, Embricho et filius eius, Hartwin et Embricho et alii quamplures.

Gedr. Joann. II, 737, vergl. 271.  
Nachweise bei Will I, 225, No. 7.

\*136. — „Erzbischof Ruthard von Mainz thut kund, dass er für sein und seiner Nachfolger Seelenheil das Kl. Johannisberg stiftete.“ — (1090.)

In nomine see et individue trinitatis. Ego Ruthardus per dei gratiam Mogonciensis archiepiscopus omnibus Xpi fidelibus, presentibus et futuris cupio innotescere, qualiter habito respectu divine propiciacionis pro meorum remedio



205. — Papst Lucius II. ertheilt dem Kloster S. Alban bei Mainz die Bestätigung seines Güterbesitzes, insbesondere des Besitzes der Kirche zu Höchst. — Im Lateran 1144 Mai 28.

*Lucius episcopus servus servorum dei dilectis filiis Guarnero abbati monasterii sancti Albani quod iuxta Maguntiam situm est eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum.* Apostolici moderaminis clementię convenit, religiosos diligere et eorum loca pia protectione munire. Dignum itaque et honestati conveniens esse cognoscitur, ut qui ad ecclesiarum regimen assumpti sumus, eos a pravorum hominum nequitia tueamur et apostolicę sedis patrocinio foveamus. Eapropter dilecti in domino filii vestris rationabilibus postulationibus clementer annuimus et monasterium sancti Albani, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus statuantes, ut quascunque possessiones, quęcumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Ecclesiam vero sancti Iustini, quę est in Hosteden, quemammodum a bone memorię Rothardo Maguntino archiepiscopo canonice vobis concessa est et scripto suo firmata, honores quoque et dignitates, quas beati Albani monasterium usque ad moderna tempora iuste habuisse dinoscitur, per presentis scripti paginam vobis et per vos eidem monasterio confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur vestris et eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Salva Maguntini archiepiscopi canonica iusticia et apostolicę sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districtę ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi, quatinus et hic fructum bonę actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(Symbol.)

Lucius catholicę ecclesię episcopus ss. Bene valete.

† Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.

† Ego Theodewinus sanctę Rufinę episcopus ss.

† Ego Albericus Ostiensis episcopus ss.

† Ego Imarus Tusculanus episcopus ss.

† Ego Gregorius presbiter card. tit. Calixti ss.

† Ego Rainerius presbiter card. tit. sanctę Prisce ss.

† Ego Wido presbiter card. tit. sanctorum Laurentii et Damasi ss.



† Ego Nicolaus presbiter card. tit. sancti Cyriaci ss.

† Ego Reinerius presbiter card. tit. sancti Stephani in Celio monte ss.

† Ego Aribertus presbiter card. sanctę Anastasię ss.

† Ego Hugo presbiter card. tit. sancti Laurentii in Lucina ss.

† Ego Julius presbiter card. tit. sancti Marcelli ss.

† Ego Gregorius diaconus card. sanctorum Sergii et Bachi ss.

† Ego Odo diaconus card. sancti Georgii ad velum aureum ss.

† Ego Gerardus diaconus card. sanctę Marię in Dominica ss.

† Ego Octavianus diaconus card. sancti Nicholai in carcere Tulliano ss.

† Ego Guido in Romana ecclesia altaris minister indignus ss.

† Ego Rodulfus diaconus card. sanctę Lucię in Septa solis ss.

Datum Laterani per manum Baronis sanctę Romane ecclesie subdiaconi, V. kal. Junii, indictione VII., incarnationis dominicę anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>X<sup>o</sup>LIII<sup>o</sup>., pontificatus domni Lucii papę secundi anno I.

Or. mit wohlerhaltener Bulle an rothgelber Seidenschmur in München.

206. — Papst Lucius II. bestätigt die dem Kloster Ilbenstadt vom Erzbischofe Heinrich I. von Mainz gemachte Schenkung von Gefällen zu Erbach und Eltville. — Im Lateran 1144 December 2.

Lucius episcopus servus servorum dei dilectis filiis Antonio Elvestadensi preposito eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Quoties illud a nobis petitur, quod rationi et honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus clementer annuimus et beate dei genitricis semperque virginis Elvestadensem ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus statuantes, ut quascunque possessiones, quecunque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: in villa Eberbach censum unius mansi vinearum et in Altavilla censum dimidii mansi, quem frater noster Henricus Moguntinus archiepiscopus vobis donavit et scripto suo firmavit. Prohibemus autem, ut eiusdem loci advocatiam nullus sibi usurpare presumat, sed sicut hactenus ab omni advocato libera et quieta de cetero maneat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integre conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnibus profutura salva apostolice sedis auctoritate et dioecesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam venire tentaverit, secundo tertiove com-